



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

215. An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, ne molant,  
aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitia & obsequia; an ita  
statuentes incident in excommunicationem Bullæ Cœnæ? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

De Immunit. Eccles. Resol. CCXV. &c. 207

Emmis negotiatio lucrativa est interdicta Clericis; sed illa tantum quando res ipsa non meliorata cariori pretio vendenda est, quam empta fuit. Ex quo patet falsitas opinionis Caroli de Grassis: nam Clerici sunt fructus suos, ut alibi carius vendantur, asporratis, non dicitur negotiator; & idem ad gabellam minime pertinet. Vide omnino Marcabrunum *constit.* 18. n. 241. & sequ. & nouissime Fagundez de *instit.* lib. 5. cap. 37. num. 13.

non peccant. Ita ille, qui pro hac sententia citat Bonacinam & Salas, quos ego adduxeram in part. I. tract. 10. refol. 12. Verum alij Doctores tenent Clericos legibus ciuilibus teneri eadem obligatione ac tenentur Laici, excluda tamen coactiōne: quia non apparet unde minuatur eis obligatio si laicū ponamus legibus illis astringi. Vide Castrum Palauim to. I. tractat. 3. dis. 1. puncit. 24. §. 6. num. 2. Ioannem Prepositum in part. 2. D. Thoma quaest. 95. dis. 4. dub. 3. num. 7. & alios.

18. Ex supradictis verbis duo Corollaria valde a iudicibus Laicis notanda sunt. Et primum male illos facere, dum vexant famulos, colonos, vel Ministros alios Clericos, qui de eorum mandato in Civitate vixinorum, frumentum, vel aliquid aliud introducunt vel extrahunt; hoc enim inducit et contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam: & ita in terminis docet Ciarlinius in controversia forensi, lib. 1. c. 31. in fin. & Sperellus decis. 12. num. 61. & decis. 4. num. 7. qui restatur ita passim respondere. Sacram Congregationem immunitatis. Et ratio est clara; quia operarij ad nihil tenentur, quando obediant mandato conductoris in re, quae de sui natura non satis delictum, ex Gloss. in leg. in rev. & signum ff. de rei vendic. quam sequuntur omnes teste Decio in leg. velle & ibi Cagnoli sum. 11. de regul. inv. Deinde in tali casu ministri Clericorum nullum ius habent in re; & ideo iudicium non substantiatur in eis, sed in Clericis, quorum negotium gerebant. Ergo causa pertinet ad Forum Ecclesiasticum, per ea quae adducit Sperellus locis citatis; ad illum & non pigebit.

19. Secundò infertur ex supradictis malè etiam facere iudices Laicos auferentes annonam Clericorum, quæ extrahit vel introducit in Ciuitatem contra eorum proclamatavit ego sapius firmavi, & precipue contra Cùtellium in par., tract. 1. resolut. 6. & docet etiam Sperellus, *vbi supra decif. 12. num. 59.* nam talis retentio haber rationem pœnæ, ergo illam contra Clericos nullo pacto iudices Laici infligere possunt. Deinde sicut Laici nullam habent iurisdictionem in personas Clericorum; ita neque in eorum bona: bona enim sequuntur personam. Et id est ego olim respónsi Adilem Cinitatis non potuisse vinum, quod Clericus recollectum ex eius praedium per alium in taberna vendebat, quia malum erat, in via publica vertere: sed in tali casu debebat ad indicem Ecclesiasticum recurrere, & interim Laico venditori ordinare, ne vinam illud venale haberet:

201 Atque hæc defensionis causa dicta esse volo circa ea, quæ contra me in sua Allegatione adnotauit Laguna; unde ex his omnibus etiam refellendus venit nouissimum Baptista Fragozo in *Regimine Christianæ Republicæ* part. 1. lib. 7. disf. 19. n. 48. vbi tenet posse Decuriones Ciuitatum edere statuta in quibus prohibetur, ne in oppida vinum forense inferatur, vel ex oppido ne extrahatur, asseritque , in dictis statutis Clericos comprehendendi ; quod omnino negandum est, vt ex supradictis apparat.

21. Et tandem pro coronide huius Resolutionis in gratiam curiosorum non desinam hic obiter adnotare, nouissime Franciscum Caspensem Doctorem Hispanum docere Clericos transgredientes leges ciuilis non peccare mortaliter, sic enim assert in cursu Theologico tom. i. tract. 13. de legibus dis. 4. section. 2. num. 15. An vero Clerici peccent mortaliter, si leges Principium saecularium non obseruent; probabile est non peccare mortaliter, quia Clerici non tenentur directe legibus ciuilibus, quia nullus est directe subditus legibus illius, qui non habet iurisdictionem in ipsum. Princeps autem Laicus non habet iurisdictionem in Clericos: ergo seculo scandalo mortaliter

RESOL. CCXV.

*An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem, vel ne exhibeant aliqua seruitus & obsequia, an ita statuentes incident in excommunicationem Bulla Cœnas Ex part. 1. tr. 2.  
Ref. 54, alibi 55.*

**S. i.** Ta facientes non incurre in excommunicatio-  
nem Bulla Cœnæ putavit Caetanus in  
summa, verb. excommunicatione, c. 31. Nauaratus in *Ma-*  
*nimali*, c. 27. num. 119. Et hanc sententiam nouissime  
probabilem vocat Fillius tom. I. er. 16. 6. 10. n. 271.  
& illam absoluere etiam docet Pereira de *mamu regia*,  
præal. 3. n. 7. & Anguiano in tract. de *legibus* tom. I.  
lib. 2. contr. 15. n. 39. & seq.

2. Sed ego falsam existimo. Dico igitur, Principes ista statuentes in excommunicationem Bullæ Cœni incidere: quia tale statutum est contra libertatem Ecclesiasticam, ut haberetur in eis, de immunitate Ecclesie, in his verbis: [In eis, qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne Prælati, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, molant, coquant panem; aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt, cum talia in derogationem libertatis Ecclesiastice præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiam decernimus.] Ita textus. Et ita docent communiter omnes. Theologici, ut Suarez de censuris, diff. 2. sect. 2. n. 93. Reginaldus tom. I. lib. 9. c. 24. num. 3. 8. Gambacurta tractat, de casu refutacionis, n. 10. Coriolanus in Bulla Cœni, excommunicatio sol mihi a te etiam Ecclesiasticis vbi sup. & aliis.

15. fol. min. 75. Finiclus vobis sup. &c. an.

3. Nec valet dicere, quod talia statuta sint potius contra libertatem politici coiuictus, quam contra Ecclesiastican libertatem; nam respondeatur primò: Saltem indirectè supradicta statuta sunt contra immunitatem Ecclesiasticam: sed in Bulla excommunicantur etiam, qui indirectè aliquid statuunt contra dictam libertatem: ergo, &c. Secundo: Durius est, & incommodius vexantur Clerici in his, quæ pertinent ad politicum coniunctum, quam in aliis, quæ pertinent ad Ecclesiam, ut Ecclesia est: ergo &c. Tertiò: Est contra libertatem Ecclesiasticam denegare Clericis ea, quæ de iure communi illis competunt: sed iure communī quilibet alteri obsequia prædicta præstare potest: ergo, &c. Et idē nostrā sententia omnino tenenda est.

up. hoc cum  
isdem Caie-  
ano & Re-  
inaldo pro-  
ffirmativa,  
et negativa  
tentia hic  
ppositis su-  
ra in Ref.  
09 §. vlt. &  
ege hic §.  
Tertio. &  
lias Resol.  
ius annot.

RESOL. CCCXVI.

*An statutum laicorum prohibens generaliter librorum impressionem absque eorum licentia comprehendat Clericos?*

*Ei an Episcopi possint hoc statuere? Ex part.4. tract.1.  
Resol.60.*

§. I. **V**identur affirmatiū respondendum, quia Episcopi ordinant, ne quis libros imprimere audeat.